Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fratri uel scandalum. Scio et confido
in domino ihesu: quia nichil commune
per ipsum: nisi ei qui existimat quid
commune esse. illi commune est. Si enim
propter cibum frater tuus scandaliza
tur aut contristatur: iam non secundum
caritatem ambulas. Noli cibo tuo il
lum perdere: pro quo christus mortuus est.
Non ergo blasphemetur bonum nostrum.
Non est enim regnum dei esca et potus:
sed iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto.
Qui enim in hoc seruit christo: placet
deo: et probatus est hominibus. Itaque que
pacis sunt sectemur: et que edifica
tionis sunt inuicem custodiamus. No
li propter escam destruere opus dei. Omnia
quidem munda sunt: sed malum est homini
qui per offendiculum manducat. Bo
num est non manducare carnem. et
non bibere uinum: neque in quo frater
tuus offenditur aut scandalizatur.
aut infirmatur. Tu qui fidem habes
penes temetipsum: habe coram deo. Be
atus qui non iudicat semetipsum in
eo quod probat. Qui autem discernit.
si manducauerit dampnatus est: quia non
ex fide est. Omne autem quod non est ex fide
D
ebemus · XV · peccatum est. xv
autem nos firmiores inbecilli
tates infirmorum sustinere: et
non nobis metipsis placere. Unusquisque
nostrum proximo suo placeat in bonum ad
edificationem. Etenim christus non placuit
sibi: sicut scriptum est. Impro peria impro
perantium tibi ceciderunt super me. Que
cumque enim scripta sunt: ad nostram doc
trinam scripta sunt: ut per pacientiam
et consolationem scripturarum spem habeamus.
Deus autem pacientie et solacii det uobis
id ipsum sapere in alterutrum secundum ihesum christum:
ut unanimes uno ore honorificetis
deum. et patrem domini nostri ihesu christi. Propter
quod suscipite inuicem. sicut et christus
suscepit uos in honorem dei. Dico enim
christum ihesum ministrum fuisse circumcisio
nis propter ueritatem dei: ad confirman
das promissiones patrum. Gentes au
tem super misericordia honorare deum sicut scrip
tum est. Propter hoc confitebor tibi in
nationibus domine: et nomini tuo canta
bo. Et iterum dicit. Letamini gentes
cum plebe eius. Et iterum. Laudate
omnes gentes dominum: et magnificate
eum omnes populi. Et rursus ysaias ait.
Erit radix iesse. et qui exurget re
gere gentes: in eum gentes sperabunt.
Deus autem spei repleat uos omni gau
dio et pace in credendo: ut habundetis
in spe et uirtute spiritus sancti. Certus autem
sum fratres mei. et ego ipse de uobis. quoniam
et ipsi pleni estis dilectione. repleti omni
sciencia: ita ut possitis alterutrum monere.
Audacius autem scripsi uobis ex parte
tamquam in memoriam uos reducens. propter
gratiam que data est michi a deo. ut sim
minister christi ihesu in gentibus. sanctificans
euangelium dei: ut oblatio gentium fiat ac
cepta et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur
gloriam in christo ihesu ad deum. Non enim
audeo loqui aliquid eorum. que per me non
efficit christus. in obedienciam gentium. in
uerbo et factis. in uirtute signorum et prodigiorum.
in uirtute spiritus sancti. ita ut ab hierusalem per
circuitum usque ad illiricum repleuerim
euangelium christi. Sic autem predicaui hoc
euangelium. non ubi nominatus est christus: ne su
per alienum fundamentum edificarem: sed
sicut scriptum est. quibus non est an
nunciatum de eo. uidebunt. et qui non
audierunt de eo intelligent. Propter
quod impediebar plurimum. uenire ad
uos. Nunc uero ulterius locum non habens